QK289
T85
v. 2

Flora Gothoburgensis. Part II.

[C. P. Thunberg]

[Part I was presented as a 'thesis' by P. F. Wahlberg, 'C. P. Thunberg, Praeside'. Part II was presented in 2 'particulae', of which the first presumably (cf. BM(NH) Cat. p. 2110) had title page as follows:

Flora Gothoburgensis
cujus partem posteriorem
.....
p. p. [i. e., proponunt]

Mag. Petr. Fred. Wahlberg,

. . . . . .

et

G. F. Brandsten

Particula Prima

[1824]

The title page for Particula secunda will be found following p. 102]

[This xerox copy made at Harvard Univ.]

MISSOURI BOTANICAL
GARDEN LIBRARY

De Huldaste Föräldrar

med varm kärlek

af

Eder Gustaf.

Quamvis jam antea in priori hujus opellæ parte verba quædam fecimus de situ, solo et vegetatione nostræ regionis, nec non de vi, quam in plantas exercet aura marina, pauca tamen, quæ *Muscos* propius tangunt, quo possumus modo disserere juvat. Quæ de *Filicibus* jam attulimus, forsan sufficiant.

Vicinia Gothoburgi, ut granitino sita fundo in montes rupesve sæpe crescenti, Muscis, haud minus quam phænerogamis plantis, calci propriis et campis, præcipue est destituta. Quibus quum accedit, quod minæ ventorum omnem fere ex his locis deterruerunt sylvam, cujus Musci permulti avide captant umbram, facile apparet, quare haud paucæ Muscorum stirpes fines nostros ingredi recusaverint. Qui vero umbrosa rupium latera, quive alta amant montium cacumina, hic optime degunt.

Sunt in nostra regione duæ præsertim Muscorum sedes, quarum una est vallis illa inter Gothoburgum et lacum Aspen sita, quam findit amnis Stora Säveån; altera quæ gremio fovet lacus Rådasjön et Stensjön, quæque dein versus Gothoburgum curvata ab amni Lil-

LA SÄVEÅN irrigatur. Uberrima in priori valle loca sunt: nemus quoddam fageum, BOKEDALEN dictum, et sylva versus JONSERED extensa; in posteriori vero: rupes GUNNEBOENSES et quæ LAGKLAREBÄCK circumdant nemora. Atque hic est continentis, de qua jam agitur, habitus.

Scopuli vero marini, ferax Algarum Lichenumque patria, Muscos omnino fere desiderant. Insignior solus Muscus, quamvis minus frequens, hoc litus invisit *Hypnum loreum*. Unde quis forsan conjiceret, auram marinam plantis hujus ordinis letalem vel saltim insalubrem esse, quum tamen contrario fere modo sese res habet. Locis enim, quibus mitior adflatur maris aura, lætissime vigent Musci; insulas vero, quas nimia ventorum vis vexat, plerumque aufugiunt, auram, nisi immodicam caperent sibi amicam, horrescentes. Quanti enim sit momenti perfectiori Muscorum explicationi, quippe quæ ex aëris qualitate præcipue pendet, humida illa simulque calida maris aura, in ceteris inde patet, quod hic, haud minus quam in objectis Angliæ oris, plures Musci, sæpius steriles, optime florescunt. Quod quidem minime in fortuita quadam anni cujusdam certi temperie positum esse, ex eo persvasum habemus, quod plures per subsequentes annos, iisdemque omnino locis, species eædem fructum edunt. Unde ad Gothoburgum florent: *Hypnum delicatulum, undulatum; Leskea trichomanoides, dendroides; Bryum alpinum; Jungermannia exsecta, scalaris, 5-dentata* etc.

Frustra vero Muscos, in aliis Sveciæ provinciis satis frequentes, heic quæras: *Hypnum abietinum*, *cristam castrensem*; *Leskeam polyanthaun*; *(Pteregonium filiforme*; *Encalyptam extinctoriam)* etc., nec prius quam in vicinia sylvæ aceroſæ occurrit *Jungermannia ciliata*, quæ tamen ibi in var. *β* evasit. Rarius quoque, quam in Sveciæ superiori obvia: *Hypnum proliferum*, *triquetrum* etc. Neque vero ideo sua desiderat ornamenta nostra tellus; eo frequentiora: *Hypnum delicatulum*, *loreum*; *Jungermannia dilatata* etc., ut fere crederes *Hypnum proliferum* in elegantius *H. delicatulum* abiisse, *H. triquetrum* in *loreum*; *cristam castrensem* in *molluscum*, *Jungermanniam ciliarem* in *tomentellam* etc.

Ante vero, quam ipsius Florulæ adeamus seriem, quod suum quisque tradat locus, paucis exponamus, ut evidentior inde pateat regionis character.

In paludibus vulgares crescunt: *Hypnum cuspidatum*, *stellatum*, *squarrosum*, *scorpioides*, *aduncum β revolvens*, *fluitans*; *Bryum punctatum*, *palustre*; *Polytrichum commune*, *aurantiacum*; *Dicranum cerviculatum*, *glaucum*; *Tetraphis pellucida*; *Sphagna*; *Jungermannia bicuspidata*, *pinguis*, *palmata* etc.

Juxta rivulos umbrosos: *Hypnum riparium*; *Bryum hornum*, *ligulatum*; *Bartramia fontana*; *Polytrichum undulatum*; *Jungermannia bidentata*,

epiphylla etc.; in ipsa aquâ: *Fontinalis antipyretica*; *Jungermannia undulata*.

Ad latera rupium umbrosa: *Hypnum parietinum*, *proliferum*, *delicatulum*, *myosuroides*, *myosuroides*, *loreum*, *triquetrum*, *uncinnatum*, *compressiforme*, *molluscum*, *undulatum*, *denticulatum*; *Leskea complanata*, *sericea*, *dendroides*; *Neckera curtipendula*, *crispa*; *Bryum cuspidatum*, *crudum*; *Bartramia pomiformis*, *crispa*; *Trichostomum aciculare*; *Dicranum taxifolium*, *strumiferum*, *polysetum*, *montanum*, *polycarpum*; *Weissia fugax*; *Jungermannia platyphylla*, *dilatata*, *cavifolia*, *albicans*, *nemorosa*, *asplenioides*, *5-dentata*, *furcata* etc.

In arboribus: *Hypnum serpens*, *velutinum*, *myosuroides*; *Leskea complanata*; *Neckera curtipendula*; *Orthotrichum crispum*, *affine*, *pumilum*; *Leucodon sciuroides*; *Jungermannia dilatata*, *tamariscifolia*, *complanata*.

Locis apricis, graminosis: *Hypnum rutabulum*, *piliferum*; denudatis: *Funaria*; *Bryum autans*, *cæspiticeum*, *argenteum*; *Tortula ruralis*; *Dicranum purpureum*; argillaceis: *Gymnostomum truncatulum*; *Pharcum subulatum*; *Jungermannia Blasia*.

In montibus ventosis: *Bryum alpinum*; *Orthotrichum Hutchinsiæ*, *anomalum*; *Polytrichum piliferum*, *juniperinum*; *Trichostomum fasciculare*,

lanuginosum, *heterostichum*, *ovatum*, *pulvinatum*; *Dicranum scoparium*, *spurium*, *glaucum*; *Grimmia apocarpa*; *Anictangium ciliatum*; *Andrææ*; *Jungermannia dilatata*, *inflata* etc.

In paucis locis vel uno tantum loco, invenimus Muscos alibi quoque rariores: *Hypnum præcox*, *alopecurum*, *silesianum*; *Leskeam piliferam*; *Pohliam*; *Tortulam subulatam*; *Diphyscium*; *Jungermanniam tomentellam*, *exectam*, *scalarem*; *Riccia fluitantem* cum var. β *canaliculatam* etc.

His subsistamus, Filiceam Muscosamque nostræ regionis vegetationem pro viribus persequuri;

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

619 Polypodium *vulgare Linn.* In fissuris montium, ubique frequens.

620 —— *Phegopteris L.* In nemoribus umbrosis, frequens.

621 —— *Dryopteris L.* Cum priori, frequens.

622 —— *ilvense Swartz, Woodsia Brown.* In rupium rimis, passim.

623 Aspidium *fragile Sw.* In fissuris rupium occultis, frequens.

624 —— *Filix femina Sw.* Ad radices montium, vias etc., ubique frequens.

625 —— *Filix mas Sw.* Cum priori, frequens.

626 —— *spinulosum Sw.* In umbrosis humidis, ubique frequens.

627 —— *cristatum Sw.* In paludibus, passim. Ex. gr. ad Kalfkärr prope lacum Stora Delsjön, Par. Örgryte; in palude Torfmâssen prope Kâltorp etc.

628 Asplenium *septentrionale Sw.* In fissuris montium, frequens.

629 —— *Trichomanes L.* Cum priori, frequens.

630 Pteris *aquilina L.* In ericetis etc., vulgatissima. Radix intus fusca, nervis albidis; oblique truncata aquilam bipartitam ostendit, unde nomen.

631 Onoclea *Struthiopteris Sw.*, *Struthiopteris germanica Willdenow.* In vallibus umbrosis juxta rivulos, ad Lagklarebäck etc., passim.

632 Blechnum *Spicant Roth.* Locis umbrosis circa rivulum Lagklarebäcks bäck in pascuo, sic dicto, Oxhagen, rarius.

633 Ophioglossum *vulgatum L.* In graminosis insulæ Varö, haud frequens.

634 Lycopodium *Selago L.* In ericetis montium, frequens.

635 —— *annotinum L.* In sylvis, ericetis etc., passim. Ex. gr. ad lacum Långvatnet, Gunnebo etc.

636 —— *inundatum L.* In litore arenoso lacus Långvatnet, nec non ad Abrahamstorp in Lagklarebäcks utmark, haud frequens. Surculi fragiles.

637 —— *clavatum L.* In sylvis, ericetis etc, ubique frequens.

638 Equisetum *arvense L.* In agris et pratis humidiusculis, ubique frequens. Caules steriles in maritimis procumbentes.

639 —— *sylvaticum L.* In umbrosis ad radices montium, passim. Ex. gr. inter Xenodochium Urbis et prædium Lärje.

640 —— *palustre L.* In ripis rivuli Uby bäck, Par. Partele, passim.

641 —— *limosum L.* In litoribus lacuum et fluviorum, frequens.

642 —— *fluviatile L.* Cum priori, frequens.

643 —— *hyemale L.* Locis humidiusculis versus pagum Mölndal, minus frequens.

644 PILULÀRIA *globulifera L.* In isthmo inter lacus Stora et Lilla Delsjön, copiose; ad litora lacus Torfmässen prope Kältorp, passim. Semper locis inundatis.

645 ISOËTES *lacustris L.* In lacubus, haud infrequens.

MUSCI.

FRONDOSI.

646 HYPNUM *parietinum L.*, *H. Schreberi Smith.* In nemoribus et pascuis humidis, haud infrequens.

647 —— *proliferum L.*, *H. parietinum Sw.*, *H. splendens Hedwig*, *Sm.* Cum priori, haud infrequens.

648 —— *delicatulum L.*, *H. proliferum Sm.*, *H. tamariscinum Hedw.* In umbrosis, ubique frequens. Specimina optime fructificantia legimus ad rivulum Lagklarebäcks bäck in pascuo Oxhagen anno 1821-1824, nec non ad rivulum prope Partele 1824. Pedicelli solitarii vel aggregati, læves, aurantiaci. Capsula oblongo-cylindracea, arcuato-cernua, flavo-viridis, post operculi conico-rostrati lapsum obscure rubra, ore dilatato.

649 —— *prælongum L.*, *H. Swartzii Turner.* In putridis arborum truncis in Slottsskogeh etc., passim.

650 —— *serpens L.* In truncis putridis, frequens.

651 —— *velutinum L.* In saxis arboribusque, freqùens.

652 Hypnum *plumosum Hedw., L?* In arborum truncis ad rivulum Lagklarebäcks bäck et ad rivulum juxta Syringen in Slottsskogen, passim.

653 —— *praecox Hedw.* Cum priori ad rivulum Lagklarebäcks bäck, rarius.

Muscus minutus. Surculi procumbentes, dense ramosi; ramis brevibus, curvatis. Folia cordato-ovata. Pedicelli breves, 3 l. 4 lin. longi. Rostrum tenue, capsula ovata parum brevius.

654 —— *mijosurum Schrader, H. mijosuroides Sm., Hooker.* In rupibus umbrosis ad Gunnebo, Bokedalen, Lagklarebäck, Slottsskogen etc., haud infrequens.

H myosuroide, cui proximum, minus gracilisque. Surculi ramosi, ramulis dense fasciculatis, tenuibus, arcuatis. Folia ovato-acuminata, evidenter serrata, erecto-patula. Capsula oblongo-cylindrica, demum subcernua.

655 —— *myosuroides L., H. curvatum Sw., Sm., Hook.* Cum priori vulgarissime.

Surculi ramulis minus fasciculatis, crassiusculis, subsimplicibus, arcuatis. Folia late ovata, acuta, vix apice serrulata, infla-to-concava magisque adpressa. Capsula oblongo-ovata, erecta.

656 —— *alopecurum L.* In rupibus umbrosis ad Bokedalen, rarius.

A *Leskea dendroide*, ad quam statura sua arborea accedit, primo intuitu digno-

scitur: surculo altiori, graciliori, foliis laxioribus capsulisque cernuis.

657 Hypnum *rutabulum L.* Locis graminosis et in truncis arborum, haud infrequens.

658 —— *piliferum Hedw.* Cum priori, frequens.

659 —— *straminenm Dickson.* In palude Torfmâssen etc., haud frequens.

660 —— *curpidatum L.* Locis humidis et paludosis, frequentissime.

661 —— *stellatum Schreber.* In paludibus Gunnebomâsse, Kalfkärr etc., passim.

662 —— *squarrosum L.* In graminosis humidis, frequens. Ad Gunnebo quotannis fructum edit.

663 —— *loreum L.* In saxis et rupibus umbrosis ad Gunnebo, Lagklarebäck, Bokedalen etc., frequens. Hisce regionibus semper fere fructificans. In maritimis quoque occurrit, ut in insula Koön prope Marstrand etc.

Muscus insignis, inter *H. squarrosum* et *triquetrum* medius. Surculi diffusi, pedalem fere longitudinem attingentes, ramosi. Folia ovato-acuminata, carinata, enervia, basi striata, apice serrulata, squarrosa, superiora adunca, secunda. Pedicelli rigidi, læves, purpurei, capsulam versus incras. sati. Capsula ovato-globosa, cernua, fusco-rubra. Operculum convexum, brevissime mucronulatum.

664 —— *triquetrum L.* In nemoribus siccis, passim.

665 Hypnum *scorpioides L.* In paludibus profundis, ad Kalfkärr, Gunnebomässe etc., passim.

666 —— *adunctum L.* In stagnis montium exsiccatis, haud infrequens.

—— —— *β revolvens.*, *H. revolvens Sw.* In paludibus, frequens, ad Kalfkärr, Gunnebomässe, Lagklarebäcks mässe etc.

667 —— *fluitans L.* In palude profundo ad Kalfkärr, in fossis ad valla Gothoburgi, nec non in montium stagnis, passim.

668 —— *uncinatum Hedw.* In pratis humidis et nemoribus, frequens.

669 —— *cupressiforme L.* In saxis et truncis arborum, vulgatissime.

—— —— *β tenue Hook.* Ad latera rupium Gunneboensium, passim,

670 —— *molluscum Hedw.* In rupibus umbrosis ad Gunnebo, Lagklarebäck, Bokedalen etc., passim.

Quamvis *H. cristæ castrensi* proximum, haud parum tamen ad *H. uncinatum* et *cupressiforme* accedit. Surculi decumbentes, dense complicati, molles, pinnati. Folia valde adunca. Color quam *H. cristæ castrensis* saturatius viridis.

671 —— *silesianum Palisot de Beauvois, Weber et Mohr.* In lateribus rupium Gunneboensium, rarius.

Muscus minutus, mollis, flavo viridis, sericeo nitens, ab omnibus satis distinctus, quamvis primo intuitu, capsulis exceptis, *H. velutino* forsan similis. Surculi

breves, procumbentes, in cæspites densos plerumque aggregati; ramis erectiusculis. Folia ovato-lanceolata, longe acuminata, serrulata, enervia, patentia, superiora subsecunda. Pedicelli tenuissimi, omnino capillares, læves, unciales. Capsula subcylindrica, arcuato-cernua, basi elongata, cum pedicello incrassato omnino confluens, ore dilatata, flava, post operculi breve conici lapsum cum pedicello aurantiaca. Peristomii dentes validi, flavescenti-albidi.

672 Hypnum *undulatum L.* In lateribus rupium umbrosis, ad Lagklarebäck etc., minus frequens. Ad Gunnebo pluries fructificans lectum.

Surculi late complanati, flavo-virides, sæpe albicantes. Pedicelli pro Musci magnitudine tenues. Calyptra magna. Capsula oblonga, arcuato-cernua, cum pedicello confluens, flavo-viridis, post operculi conico-subulati lapsum dilute aurantiaca, striata.

673 —— *riparioides Hedw.* In lapidibus rivuli cujusdam in sylva prope Jonsered, tarius.

674 —— *riparium L.* Locis humidis, passim. Ex. gr. in lapidibus rivuli Lagklarebäcks bäck.

675 —— *denticulatum L.* In umbrosis humidis, ubique frequens. Magnitudine valde varians. Operculum subulato-conicum. *H. sylvaticum Hudson.* etc. huc pertinere videtur.

676 Leskea *pilifera Sw.* Ad latera rupium Gunnebonensium, rarius. Est quasi forma tenuior *H. denticulati.*

677 —— *complanata Hedw.* In rupibus umbrosis ad Gunnebo, Lärje, passim. Loco posteriori specimina fructificantia legimus an. 1824.

678 —— *trichomanoides Hedw.* In arboribus et rupibus umbrosis ad Gunnebo etc., frequens.

679 —— *sericea Hedw.* In rupibus arborumque truncis ad Gunnebo etc., frequens.

680 —— *dendroides Hedw., Climacium W. et M.* In pascuis et nemoribus, ubique frequens. Ad Gunnebo fructificans lecta an. 1821 - 1824.

Pedicelli usque ad 10 aggregati. Operculum conico-acuminatum *Gymnostomorum* ritu columnæ capsulæ spirali inhæret, postquam a peristomio solutum est; humectatum vero retrahitur capsulamque rursus claudit.

681 Neckera *viticulosa Hedw.* In truncis arborum ad rupes Gunneboenses, rara. Semper fere *Jungermanniam platyphyllam* comitatur.

682 —— *curtipendula Hedw.* In rupibus et truncis ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., passim.

683 —— *crispa Hedw.* In rupibus umbrosis ad Gunnebo, Bokedalen, passim.

684 Fontinalis *antipyretica L.* In rivulis, frequens.

)

685 Fontinalis *squamosa Hedw.* In vicinia Gothoburgi, *Hollberg**). Mihi nondum visa.

686 Funaria *hygrometrica Hedw.* Locis humidis ad vias, muros etc., passim. Ex. gr. ad coemeterium Urbis.

687 Pohlia *elongata Hedw.* Ad latera viæ Gunneboensis prope tuguriolum Eremitkojan dictum, rarissime.

Surculus erectus, brevis, simplex, demum subramosus. Folia lineari-lanceolata, acuta, uninervia, patula, apice serrata. Pedicellus solitarius, sesquiuncialis, aurantiacus; superne arcuatus, incrassatus, flavescens. Capsula cylindracea, arcuata, subcernua (nec pendula), ore subcoarctata, fusco-rubra, basi in apophysin obconicam, capsulæ longitudine æqualem, elongata. Operculum convexum, breviter mucronulatum. Peristomia generico charactere satis cognita.

688 Bryum *punctatum Schreb* In paludibus et umbrosis humidis ad Gunnebo etc., haud infrequens.

689 —— *cuspidatum Schreb.* In nemoribus, frequens.

690 —— *roseum Schreb.* In vicinia Gothoburgi, *Hollberg*. Mihi nondum obvium, sed si ex natura loci conjicere licear, versus Jonsered crescit.

*) *L. Hollberg* Medicus Castrensis supremus et Equ. Reg. Ord. de Wasa, an. 1823 præmatura morte ereptus.

FLORA GOTHOBURGENSIS

cujus

partem posteriorem,

Venia Ampliss. Facult. Philos. Upsal.

p. p.

Mag. PETR. FRED. WAHLBERG,

Stip. Strandberg.

et

AUGUSTUS TIMOLEON WISTRAND,

Sudermanno-Nericius.

In Audit. Gust. Die XIII DEC. MDCCCXXIV.

h. a. m. s.

Particula Secunda.

Upsaliæ,

Excudebant Regiæ Academiæ Typographi.

BENEDICTO JUNGBLAD,

S. S. THEOLOGIÆ DOCTORI,

PASTORI ET PRÆPOSITO,

Litterarum in patria Sospitatori.

SACRUM

v. d.

Acc. Timol. Wistrand.

691 Bryum *ligulatum Schreb.*, *Mnium undulatum Hedw.* In umbrosis ad Lagklarebäck etc., frequens.

692 —— *hornum Schreb.* In vallibus umbrosis juxta rivulos, ubique frequens.

693 —— *crudum Sw.* In fissuris rupium occultis ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., haud infrequens.

694 —— *bimum Schreb.*, *Mnium pseudo-triquetrum Hedw.* In palude Lagklarebäcks mâsse etc., passim.

695 —— *capillare L.* Ad montium rupiumque latera in sylva prope Jonsered; in rupibus Gunneboensibus etc., passim. Folia obovata, obtusa, pilo terminata, integerrima, siccitate torta.

696 —— *cæspiticeum L.* Locis denudatis ad Lagklarebäck etc., passim. Folia ovato-lanceolata, longe acuminata, integerrima.

697 —— *nutans Schreb.* Locis denudatis, humidis, ubique frequens. Folia lanceolata, acuta, apice serrulata.

698 —— *alpinum L.* In montium lateribus humidis, ventosis, parum declivibus, ubique frequens. Præ ceteris auram marinam adamare videtur. Surculi cæspites densos, adpressos formant. Muscus junior pulcherrime aureo-nitens, senior-purpureo-fulgens.

699 —— *argenteum L.* Locis denudatis, in muris inter urbem & Gammelstaden, ad Lagklarebäck etc., frequens.

700 Bryum *androgynum Hedw.* In fissuris rupium occultis ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., passim. *Tetraph. pelluciдæ* haud dissimilis.

701 —— *palustre Sw.* In paludibus, frequens. *B. androgynum* & *palustre*, ob capsulas striatas ad propium genus *Mnium* sæpius relata, a *Bryis* divellere haud possumus, nisi a ceteris *Hypnis* diversum constituat genus *H. undulatum.*

702 Bartramia *fontana Sw.* Locis humidis ad rivulos etc., frequens.

703 —— *pomiformis Sw.*, *B. ithyphylla Hook.* In fissuris rupium ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., passim.

704 —— *crispa Sw.*, *B. pomiformis β Hook.* Cum priori, frequens.

705 Orthotrichum *crispum Hedw.*, *Ulota Sw.* In arboribus, Quercubus præsertim et Alnis ad Gunnebo, Lagklarebäck, Lärje, Gammelstaden etc., frequens.

706 —— *Hutchinsiæ Hook.* In montibus & saxis in Lagklarebäcks utmark; inter Partele & Lexby etc., passim. Nomen suum insigne huic plantulæ reliquit *Miss Hutschins*, Anglica virgo, acutissima Muscorum indagatrix, ideoque immutatum retinuimus, quamvis nostris auribus minus sonorum.

Species distinctissima, capsulis & pedicellis ad *O. crispum*, surculis foliisque ad *O. anomalum* accedens. Surculi dense cæspitosi, ramosi. Folia lanceolata, acuta, nervo ad apicem usque producto

carinata, integerrima, patentia, siccitate subadpressa strictiuscula, nigro-fusca, suprema viridia. Pedicelli terminales, exserti, sesquilineam longi, torti, incrassati, fistulosi, pallide fusco-lutei. Capsula oblongo cylindracea, octosulcata, cum pedicello confluens, fusco-lutea. Calyptra articulato-pilosa, dentato-lacera, apice infuscata. Operculum planiusculum, mucrone recto terminatum. Peristomium exterius sedecimdentatum, dentibus recurvis, fusco-luteis, per paria approximatis; vel si mavis octodentatum, dentibus bipartitis. Peristomium interius ciliis octo albidis, incurvis munitum.

707 Orthotrichum *affine Hedw.* In arboribus, frequens.

708 —— *pumilum Sw.* Cum priori ad Lag. klarebäck etc., passim.

709 —— *anomalum Hedw.* In montibus et saxis, frequens.

710 Polytrichum *piliferum Schreb.* Locis siccis monticosis, frequens.

711 —— *juniperinum Willd.* In ericetis, paludibus siccioribus etc., ubique frequens.

712 —— *commune L.* In paludibus et nemoribus umbrosis ad Gunnebo etc., haud infrequens.

713 —— *formosum Hedw., P. attenuatum Menzies.* In umbrosis ad Lagklarebäcks bäck; in sylva versus Jonsered etc., minus frequens. Primo intuitu *P. commune*

quodammodo refert, quamvis *P. auran-*
tiaco revera affinius.

714 Polytrichum *aurantiacum Hoppe*, *P. gra-*
cile Menz., *P. longisetum Sw.* In palu-
dibus turfosis, ubique frequens.

715 —— *urnigerum L.* Prope Jonsered ad
viam inter Gothoburgum et Alingsås;
ad viam, sic dictam, Danska vägen; in
muris inter Gothoburgum et Gammelsta-
den etc., passim.

716 —— *aloides Hedw.* In Lagklarebäcks ut-
mark prope Abrahamstorp; in sylva ver-
sus Jonsered; in nemoribus inter Gun-
nebo et Råda etc., passim. Magnitudine
et capsularum forma valde varians, in-
teidum ad *P. pumilum* accedens.

717 —— *undulatum Hedw.*, *Catharinea Ehrh.*
In umbrosis ad rivulos etc., frequens.

718 Tortula *ruralis Sw.* In montibus, tectis,
muris etc., frequens.

719 —— *subulata Hedw.* In Rosenlund, rarius,
Ipse; in Slottsskogen, *Hollberg.*

720 Leucodon *sciuroides Schwægrichen*, *Flori-*
dens Hedw. In arboribus, frequens.

721 Trichostomum *aciculare Pal. de Beauv.*,
Dicranum Hedw. In rupibus humidis
et lapidibus rivulorum, passim. Ex. gr.
in Lagklarebäcks bäck; ad latera monti-
culi Lagklarebäcks kulle et rupium Gun-
neboensium; ad Bokedalen, Jonsered
etc.

722 —— *fasciculare Hedw.* Ad latera mon-
tium, frequens.

723 Trichostomum *canescens Hedw.* In montibus et saxis ad Gammelstaden etc., passim.

724 —— *lanuginosum Hedw.* Montium cacuminа densis latisque cæspitibus in magnam partem obtegit nostratium frequentissimus Muscus sæpiusque fructificans.

725 —— *heterostichum Hedw.* In montibus et saxis, ubique frequens.

726 —— *ovatum Pal. de Beauv.*, *Dicranum Hedw.*, *Grimmia W. et M.* Cum priori, frequens.

727 —— *pulvinatum W. et M.*, *Dicranum Sw.*, *Fissidens Hedw.*, *Grimmia Hook.* Cum prioribus, frequens.

728 Dicranum *taxifolium Sw.*, *Fissidens Hedw.* Ad radices montium juxta Bokedalen, Stora Torp etc., passim.

—— *adianthoides*, *D. adianthoides Sw.* cum priori, passim.

729 —— *bryoides Sw.*, *Fissidens Hedw.* In terra denudata humida juxta rivulum vallis cujusdam profundæ ad Lärje etc., rarius frequens.

730 —— *strumiferum Sw.*, *Fissidens Hedw.* In rupium lateribus ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., haud infrequens.

731 —— *ambiguum Hedw.* Ad Gothoburgum, Hollberg.

732 —— *varium Hedw.* In vicinia Gothoburgi, Hollberg.

733 —— *cerviculatum Hedw.* Locis denudatis

in paludibus turfosis etc., frequens. Ex. gr. in palude Lagklarebäcks mâsse, Torfmâssen etc.

734 DICRANUM *heteromallum Hedw.* In truncis putridis ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., minus frequens.

735 —— *longifolium Hedw.* In saxis arborumque truncis ad Gunnebo etc., minus frequens.

736 —— *scoparium Hedw.* In montibus & saxis, frequens.

737 —— *polysetum Sw.*, *D. undulatum Ehrh.* In nemoribus ad Gunnebo etc., passim.

738 —— *Schraderi W. et M.* In Lagklarebäcks utmark prope Abrahamstorp, rarius.

739 —— *spurium Hedw.* In montibus inter lacus Långvatnet et Delsjön etc., frequens, plerumque fructificans.

740 —— *glaucum Hedw.* In paludibus et montium stagnis, ubique frequens.

741 —— *montanum Hedw.* In lateribus rupium Gunneboensium et in montibus circa lacum Långvatnet, passim. Capsula oblongo-cylindracea, recta.

742 —— *polycarpum Ehrh.* In rupibus Gunneboensibus; in Lagklarebäcks kulle; in monte ad Kâltorp etc., passim.

Surculi unciales ad palmares, erecti, râmosi, undique foliosi, maxima ex parte emarcidi, fucescentes apicibus læte virentibus, confertissimi, cæspites magnos fastigiatos formantes. Folia lanceolato-setacea, acuta, subintegerrima,

carinata, uninervia, patula, siccitate torta. Pedicelli numerosi, graciles, erecti, flavi, vix semiunciales, perichætiis tam arcte innati, ut evelli vi nequeant. Capsula ovalis, pro Musci magnitudine parva, suberecta, pallide fusca, immatura cum exiguo strumulæ rudimento, semine disperso sine strumula, sulcata. Calyptra flavo-viridis, apice infuscata. Operculum conico-rostratum; rostro obliquo, capsula dimidio breviori. Peristomium rubrum, valide dentatum.

743 Dicranum *crispum Hedw.* Ad Gothoburgum, *Hollberg.*

744 —— *purpureum Hedw.* Locis denudatis, apricis, frequentissimum.

745 Didymodon *homomallum Hedw.* In colle arenoso prope Jonsereds Laxfiske ad viam inter Gothoburgum et Alingsås, minus frequens.

746 Weissia *acuta Hedw.* In montium lateribus versus lacum Längvatnet etc., passim.

747 —— *fugax Hedw.*, *Grimmia striata Schrad.*, *Sm.*, *W. et M.* In fissuris rupium ad Gunnebo, Lagklarebäck, Gammelstaden etc., passim.

Surculi locis magis apricis breves, in umbrosis ad uncialem fere longitudinem innovationibus adaucti, maxima ex parte emarcidi, apicibus læte virentibus, erecti, ramosi, undique fo-

liosi, graciles fragilesque, cæspites densos fastigiatos formantes. Folia linearia vel lineari-lanceolata, acutiuscula, plerumque integerrima, nervo pellucido subexcurrente carinata, læte viridia, sub lente glaucescentia, nitidiuscula, subpellucida, e reticulo laxiori facta, patula, siccitate torta. Pedicelli terminales vel innovationibus laterales, vix sesquilineam longi, erectiusculi, fugacissimi, læves, lutei, capsulam versus paullulum incrassati. Capsula minutissima, obovata, operculo lapso campanulata, ore patulo, levissime strumulosa, costata vel sulcata, erecta, cum pedicello confluens, pallide fusca, cæspiti immersa. Operculum rostratum; rostro obliquo, capsulæ fere longitudine. Peristomii dentes tenuissimi, fugacissimi, ut Muscum nostrum pro *Gymnostomi* quadam specie facile habeas.

A Cel. *Hooker* sub nomine *W. striatæ* conjuncta cum *W. schisti Schwægr.*, quæ tamen differt: foliis angustioribus, tantum incurvis, denticulatis; capsula strumosa, ore patentiusculo; operculo capsula, dimidio fere breviori; peristomio dentibus validioribus, magis persistentibus armato.

748 GRIMMIA *apocarpa Hedw.* In montibus et saxis, frequens.

749 SPLACHNUM *ampullaceum L.* In palude

inter prædia Råda et Möllöke; in palude Torfmässen etc., passim.

750 Tetraphis *pellucida Hedw.* In palude Gunnebomässe, copiosissima; in palude Torfmässen etc., haud infrequens.

751 Diphyscium *foliosum Mohr*, *Buxbaumia f.* Locis denudatis, in vicinia sylvæ acerosæ, juxta rivulum montis primum obvii euntibus a Partele versus pagum Lexby, rarissimum.

752 Gymnostomum *microstomum Hedw.* Ad Gothoburgum, *Hollberg.* Peristomium membrana tenuissima, disco demum perforata, obtectum, unde a *R. Brown* ad diversum genus *Hymenostomum* ducitur.

753 —— *truncatulum Hedw.* In agris argillaceis ad Gammelstaden, Härlandå, Kåltorp etc., haud infrequens.

754 Anictangium *ciliatum Hedw.*, *Gymnostomum Sw.* In montibus et saxis, frequens.

755 Sphagnum *latifolium Hedw.* In paludibus, ubique frequens.

756 —— *squarrosum W. et M.* In palude Gunnehomässe etc., passim.

757 —— *capillaceum Sw.* Cum prioribus, ubique frequens.

758 —— *cuspidatum Ehrh.* In fossis, paludis Torfmässen, turfosis, aqua repletis etc., haud infrequens. Muscus semper aquaticus & sterilis, prioris forsan varietas.

759 Phascum *subulatum L.* In fossis et agris argillaceis ad Kåltorp, Slottsskogen etc., haud infrequens.

760 ANDRÆA *alpina Hedw.* In montibus ventosis, ubique frequens.

—— *β subsecunda Wahlenb., A. rupestris W. et Al.* Cum priori, frequens.

761 —— *rupestris Roth., Sm., Wahlenb., A. Rothii Mohr.* Cum prioribus in monte ad Kâltorp etc., passim.

HEPATICI.

762 JUNGERMANNIA *platyphylla L.* In rupibus umbrosis, humidis, ad Gunnebo, Slottsskogen, Bokedalen etc., passim.

763 —— *dilatata W. et M., J. Tamarisci Hook.* In montium rupiumque lateribus, nec non in arboribus frondosis, frequentissima.

764 —— *tamariscifolia W. et M., J. dilatata Ehrh.* In rupibus arboribusque, frequens.

765 —— *cavifolia Ehrh., J. serpyllifolia Dicks.* In humidis rupium lateribus ad Gunnebo, Lagklarebäck etc., frequens.

766 —— *Trichomanis Dicks.* Locis humidis, sylvaticis, ad rivulum inter Partele et Lexby etc., minus frequens.

767 —— *bidentata L.* Locis humidis ad rivulum Lagklarebäcks bäck; ad Jonsereds Laxfiske etc., frequens.

768 —— *reptans L.* In putridis arborum truncis ad rupes Gunneboenses etc., haud frequens.

769 —— *ciliaris β litoralis.* In saxis et

montium lateribus siccis inter Partele et Lexby; versus Jonsered etc., minus frequens.

A forma communi, sylvestri, grabritie cito recedit. Folia subinflato-concava, nitida, ciliis fere destituta.

In sylvis humidis Vermelandiæ etc. forma hujus occurrit omnino opposita, sequentem speciem quodammodo referens. Surculo enim gaudet erecto, cum foliis longissime ciliatis, læte viridi.

770 JUNGERMANNIA *Tomentella Ehrh.* Ad scaturigines juxta rivulum Lagklarebäcks bäck, in pascuo Oxhagen, rara. Muscorum nostratium procul dubio pulcherrimus, *Hypno delicatulo* fere analogus.

Surculi biunciales ad palmares, erecti-usculi, bipinnati, inferne fusco-albidi, superne læte virides, fasciculatim tomentosi, flaccidi; ramis brevibus, patenti-divergentibus, flexuosis; ramulis flexuosis, patentibus, dense foliosis. Folia sub lente modice augente vix rite distingvenda, dense approximata, quadripartita; laciniis planis, distantibus, subulatis, longissime ciliatis, ut nudo oculo pulcherrimum tomentum repræsentent. Cilia pellucida, nodulis opacis intersepta. Stipulæ foliorum forma et structura, at minores. Apud nos semper sterilis. Partes fructificationis ita pingit Cel. *Roth*: „seta lateralis, ultra

unciam longa, crassiuscula, albida. Calyx cylindraceus, (oblongus, ore aperto, *Weber*) grandis, pilosus, pallidus. Capsula oblonga, atro-purpurea vel nigricans; valvulis oblongis."

771 Jungermannia *complanata L.* In arboribus, frequens, sæpius fructificans.

772 —— *exsecta Schmidel.* In monte ad Kâltorp, rara, sed fructifera. Folia apud nos biloba; lobis ovatis, acutis, parum inæqualibus, antico paullo minori, acutiori.

773 —— *minuta Dicks.* Cum *J. nemorosa* in rupibus Gunneboensibus, minus frequens.

774 —— *albicans L.* In lateribus rupium Gunneboensium etc., haud infrequens.

—— *β taxifolia., J. taxifolia Wahlenb.* In monte Kolandsberget ad Gammelstaden, rara. A *J. albicante* differt: statura multo minori et foliis nervo pellucido destitutis.

775 —— *undulata L.* In lapidibus rivuli Laglarebäcks bäck et in fonte ad Kalfkärr, minus frequens.

Surculi palmarem longitudinem attingunt. Folia plerumque lacerata, ceterum subintegerrima, cum surculis nigro-fusca, summa læte viridia.

776 —— *nemorosa L.* In rupium lateribus ad Gunnebo, Kâltorp, Bokedalen etc., haud infrequens. Priori minor, viridis, foliis ciliato dentatis.

777 JUNGERMANNIA *asplenioides L.* Ad rupes Gunneboenses, Bokedalen, Slottsskogen etc., frequens.

778 —— *viticulosa L.* Locis humidis ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., minus frequens. Sequenti proxima, sed differt surculo adscendente, radiculis destituto.

779 —— *polyanthos L.* In litore lacus Långvatnet; in paludibus Torfmåssen, Kalfkärr etc., passim. Surculus reptans.

780 —— *sphagni Dicks.* In paludibus Gunnebomâsse, Torfmâssen etc., passim.

781 —— *scalaris Schmid.* In colle arenoso ad Jonsereds Laxfiske, minus frequens. Priori, cui proxima, multo minor, foliis densioribus, e reticulo minutiori factis.

782 —— *trichophylla L.* In palude Torfmâssen etc., passim.

Duæ hujus occurrunt formæ, a solo natali ortæ, quarum quæ in udis crescit: pallide viridis, surculis longis, capillaribus, parum ramosis, foliis remotis; quæ vero in paludibus exsiccatis habitat: fusca, surculis brevioribus ideoque crassioribus, ramosis, in cæspites densissimos contextis, foliis approximatis, sub lente modice augente verticillatis, unde *Charæ* minutioris speciem gerit.

783 —— *excisa Dicks.* In palude Torfmâssen etc., passim. Folia late et subacute excisa, angulis latis, acutis.

784 —— *emarginata Ehrh.* In lateribus rupi-

um Gunneboensium etc., passim. Variat surculis prostrato-adscendentibus foliisque laxioribus, læte viridibus.

785 Jungermannia *inflata Hudson.* Locis humidis in montibus ventosis, ubi cæspites densos latosque format. Ex. gr. in monte ad Xenodochium Urbis etc., frequens.

786 —— *connivens Dicks.* In palude Gunnebomässe, rara. Inter *J. inflatam*, et *bicuspidatam* media. Statura fere prioris, anguli vero foliorum acuti, subconniventes; color et structura sequentis.

787 —— *bicuspidata L.* In palude Torfmässen; in palude prope Utby etc., haud infrequens.

—— *β byssacea Wahlenb.*, *J. byssacea Roth.* Cum priori, passim.

788 —— *incisa Schrad.* In palude Torfmässen etc., passim. Facie sua crispa, globulisque sulphureis, statim dignoscitur.

789 —— *5-dentata L.* In montium rupiumque lateribus ad Kåltorp (fructificans), Jonsered, Bokedalen etc., haud infrequens.

790 —— *pusilla L.* In litoribus lacuum Långvatnet, Delsjön etc., frequens, plerumque copiose fructificans. Capsula in valvulas inæquales finditur.

791 —— *palmata Hedw.* In paludibus Torfmässen, Gunnebomässe etc., haud infrequens.

792 —— *Blasia Hook.*, *Blasia pusilla L.* In

fossis argillaceis inter Partele et Lexby; ad prædium Frentorp etc., passim.

793 JUNGERMANNIA *epiphylla L.* Ad rivulos umbrosos ad Lagklarebäck, Jonsered etc., frequentissima.

794 —— *pinguis L.* In palude Kalfkärr etc., passim.

795 —— *furcata L.* In rupium lateribus occultis ad Lagklarebäck, Gunnebo, Bokedalen, Slottsskogen etc., ubique frequens.

796 MARCHANTIA *polymorpha L.* Locis humidis denudatis, frequens.

—— —— *β fontana Dillen.* In stillicidiis montium inter Partele et Lexby, passim.

797 RICCIA *glauca L.* In rimis montis Kolandsberget ad Gammelstaden; in muris et saxis ad Utby etc., minus frequens.

798 —— *fluitans L.* In fossis peninsulæ Gammelstadsholme, haud frequens.

—— —— *β canaliculata Roth, R. canaliculata Hoffmann.* Cum priori locis exsiccatis.

Forma terrestris *R. fluitantis*, differt: frondibus minoribus, canaliculatis, repentibus, minus pellucidis.